



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DISPUTATIO ETHICA 14
DE

**ACTIONUM HU-
MANARVM MORALITATE
ET INDIFFERENTIA;**

Q V A M
DIVINA ANNUENTE GRATIA
IN ILLUSTRACADEMIA JULIA
PRÆSIDE

DN. JOANNE EISENHARTZ/
PHILOSOPH. ET J. U. D. HUIUSQ; ET MO-
RALIS PHILOSOPHIÆ PROFESSORE
PUBLICO.

**DOMINO, PRÆCEPTORE, FAUTORE
AC PATRONO SUO ÆTATEM
SUSPICIENDO.**

Ad. d. XII. Calendar. Novembr.
IN IVLEO MAGNO

Publico Eruditorum examini

submittet

IOHANNES HUNDEDT.

Tangræmundâ Palæo-Marchicus.

••(o)••

HELMESTADII,

Typis HENRICI DAVIDIS MÜLLERI, Acad. Typ.

V I R O

*Præmodum Reverendo pariter ac eruditissimo
Docto*

DN. M. GEORGIO HYNOLDO,

Poëtæ Laureato Cæsareo,


Tangræmundensis & reliquarum Dioecesis istius Ec-
clesiarum Pastori ac Inspectori præclarè pro suis merito;

PARENTI SUO

religiôsâ de veneratione suspiciendo

Καὶ δὲ αὐτὸς ἐπαρτα!

REVERENDE DOMINE PATER,

 Uod ajunt: Philosophiam illum
cui semel injecit manus difficulter
à se dimittere; Id ipsum & mihi,
qui, nescio quò fatò aut inclinante
astro, ab ineunte ætate ivi in amorem hujus
Studii, accidit. Etenim licet nimiam, quan-
quam, quod apertè fateor, infelici successu hu-
ie studiorum generi hætenus impenderim o-
peram: nescio tamē, qui in ruminandis illis, quæ
ὁ πολὺς ἀνδρῶν non putat esse *αὐτὸς τὰ ἀλφίτα*,
adhuc laboris gloriam ponam. Habent quippe
hæc Studia in se aliquid divini, à quò & ingrati-
is nostris ad eorū perscrutationem pertrahimur.

Philosophandū est paucis. Nā omninò habent pla-

A 2

cet.


cet. Neoptolemus inquit apud Ennium; Ego
contra: *Philosophandum est omnino, nam paucis
hanc placet.* Scilicet difficile est, in Philosophia
pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraq; aut o-
mnia. Sed o utinam contendente subvehe-
ret ratio! Honestum tamen est, prima sequen-
tem in secundis tertiisque subsistere.

Non ita pridem factum est, cum Tu, *Honora-
tissime Parens*, multis me de edendo Academi-
corum Studiorum admoneres specimen. En
adest. Verum non illud quod efflagitabas, sed
Philosophicum; Idq; non elegans, sed quod Na-
turæ injuria impotenti indulsit ingenio.

Suscipe illud, *Amantissime Pater*, quod enixè
rogo, innubi fronte, & affectu impotentis ad ef-
fectum perficientis, si me amas, metire. Ego ad
id omni animi incumbam impetu, ut nihil o-
mittam industriæ, quò teneritudo meæ scientiæ
in melius queat & rectius conformari. Vale,
Pater pietissime, perpetuò sospes ac felix! Da-
bam HELMESTADII in Academia JULIA, ad
D. IIX. Calend. Novemb. Anno recuperatæ
Gratiæ CIO IOC LXXIX.

Obsequentissimus Filius Tuus

JOHANNES Nunoldt.



D E

ACTIONVM HVMANARVM
MORALITATE ET INDIFFE-
RENTIA

§. I.

Etiam si jus aliquod esse, quod nos ad bene agendum propellat & a malis actionibus prohibeat, omnes omnino gentes, quæ quidem horridos nimis mores respuunt, unanimis affirmant suffragiis; Non minus tamen stimuli, qui quoties aliquid pravi designamus intus in animo nos urgent, id ipsi magis arguunt. Quotus quisque enim hominum tam esseri pectoris est, quem post male facta poenæ promeritæ horror non percutiat? Indidit nempe Supremus rerum Opifex humano generi non solum illius rationis vim, quâ bonum a malo dignoscere, & illud, utpote naturæ suæ apprimè conveniens, appetere, hoc autem, ut eidem maximè adversum, aversari potest: sed & id ipsum singulari præcepto, ab ipsa nativitate humano pectori quasi inscripto, quod propterea neminem planè fugere potest, perhibuit. *Est enim, verba sunt Guiselmus Grotijs, de Principijs Juris Naturalis cap. III. §. II. lumen intellectus homini agnatum satis docet, omne bonum esse laudabile, omne verò malum vituperandum; Placuit tumen Natura Auctori hujus naturali notitia etiam vinculum legis*

A 3

addere,

addere, ut eo magis quod honestum iudicamus sequi, quod vero turpe iudicamus fugere debeamus. Hæc est illa lex, de qua *Lactantius* ex *Cicerone de Verocultu* cap. VI, dicit: quod sit vera ratio natura congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, qua voces ad officium iubendo utandoque. Hanc enim legem non optinuit genuit, sed innata vis inseruit, ait *Cic. Lib. II. Rhetor.* Quod colligans *Philosophus*, *Jus naturale* à posteriori definiens illud dicit esse, quod ubique eandem vim obtinet, non quod ita videtur vel non videtur, V. *Ethicor* cap. VII.

II. Hujus juris exactam definitionem reliquit nobis *Vir incomparabilis Hugo Grotius*, *Operis de Jure Belli ac Pacis* lib. I. cap. I. §. X. *Jus naturale*, inquit ille, est dictatum rectæ rationis, indicans alicui, ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem aut necessitatem moralem, ac consequenter ab auctore natura Deo talem alicui aut vetari aut præcipi. Dicit autem, jus naturale esse dictatum rectæ rationis, non, ipsam rectam rationem; Jus naturale enim est illa norma ad quam omnes humanæ actiones debent exigi; Recta verò ratio, quæ actiones ad hoc jus conformat, tantum de convenientia & disconvenientia earum cum lege format iudicium. Hoc intellectus practici iudicium, quando id, quod naturali naturæ congruum deprehendit, peragendum, quod verò eidem minus conveniens esse cognoscit, omittendum statuit, legis naturæ præceptum sequi dicitur; Et homo qui huic iudicio obtemperat, actionesque suas ad id, quod recta ducit ratio dirigit, naturæ rationali & ipsi naturæ legi conformiter vivere iudicatur. Indicat nempe hæc lex, quæ actiones humanam naturam deceant, quæque eandem turpitudine quadam inficiant: supponit enim in objecto honestatem ab unâ, turpitudinem ab alterâ parte: *vid. G. Grotius l. c.* Hominis autem natura id exposcit, ut id, quod turpe rationalique naturæ indecorum est, fugiat: quod verò honestum ac decorum, omni nisu amplecti allaboret. Quare quod turpe ac indecorum est, ut naturæ nostræ inconveniens & ab ipsomet Deo vetitum fugere, quod verò honestum ac decorum, ut naturæ nostræ rationali congruum & ab ipsomet Deo præceptum sectari jure quodam adstrin-

adstringimur. Homo enim in iustitiâ à Deo conditus est, justè ergò, etiam sine peculiari Dei præcepto, vivere ipsum oportet; Sin fecus, esse non potest quin gravem incurrat pœnam, quippe qui naturam integram scelerisque puram à Deo conditam turpissimis deturpat vitiis. Ex quo consequitur, jus naturale ipsi quoque Deo debere incumbere; *Est enim parsicula quadam divina imaginis & idea ejusdem sanitatis, quemadmodum scitè loquitur H. Henniges Observat. in Hi. G. de J. B. ac P. Lib. 1. cap. 1. §. X.*

III. Proxima proinde ut apparet naturæ legis ratio humanarum actionum diversa est conditio; Quarum cum aliquæ ita sint comparatæ, ut in se & sua natura quandam cum humana natura involvant convenientiam, quædam verò eidem profus adversentur, non potuit Deus, quin homini has averfari, illas verò amplecti imperaret. Hinc elegantissimè *Mich. Frider. Ledererus, de Jure Belli privati Lib. 1. cap. 1. §. 4. Intrinsicæ, inquit, actus honestas & turpitas sunt fundamentum legis naturalis, non fecus ferè ac indigentia pauperis elemosina; non autem ipsa lex naturalis.* Itaque cum legem naturalem propter humanarum actionum honestatem & turpitudinem latam esse constat, necesse est, illum, qui de harum actionum bonitate & malitia exactè judicare discupit, nosse quo jure illæ teneantur; Sublatò enim jure omnis simul actionum bonitatis & malitiæ noticia tollitur. Idcirco & nos, *de Actionum humanarum Moralitate & Indifferentia, id est, de imputatione & non imputatione actuum bonorum atque malorum* acturi, ut de moralitatis & indifferentiæ rationibus eò melius constaret, paucula inanteceffum de Naturali jure prælibanda esse duximus, priusquam ad ipsam hanc accederemus tractationem; In quâ ut inoffenso provehamur pede 1. de Humanis Actionibus 2. de Moralitate ipsâ, tam secundum essentiam, quàm secundum inherentiam; Et denique 3. de Humanarum actionum indifferentia brevibus, sed quantum satis est, agere in animum induximus.

IV. Per Actionem humanam non intelligimus unumquemque promiscuè motum, qui à facultatibus quibusvis homini cõnnatis

comparis producitur, sed qui originem ducit a quoque perficitur ab illis facultatibus, quæ homini sunt maxime propriæ. Nisi enim facultates, per quas actiones illæ eductur, humano generi essent propriæ, non humanæ, sed alio fortæ nomine forent appellandæ. Cum autem duæ sint facultates, seu potentias soli homini propriæ, quibus non solum præ reliquis animalibus brutis eminet, sed & Deo assimilatur, *Intellectus* nempe & *Voluntas*, illæ actiones, quæ ab his veluti principiis oriuntur & diriguntur, id est, *quæ prævalente intellectu & discernente voluntate suscipiuntur*, ut loquitur *Clariss. Pasendorffius de Officio Hominis & Civis Lib. I. cap. I. §. II. conf. Caspar de Lætil. Assert. Eth. XII. e-runt humanæ.*

V. Dum autem actiones humanas ita dici volumus, quod principia, per quæ eliciuntur & perficiuntur homini sint maxime propria, non omnes omnino actiones, quæ ab his humano generi propriis facultatibus produci possunt, intelligimus; Etenim operationes intellectuales & discursivæ, soli homini inter omnes creaturas sunt propriæ & tamen sic humanæ non dicuntur, prout accuratè notat *Pancius Corsus Philosophici Ethica Disputat II. Quæst. VI. Conclus. I.* Sed illas tantum, quæ ab homine liberè, tam quoad exercitium quam quoad speciem, exercentur adeoque in ejus arbitrio positæ sunt. Quo pacto *Aristoteles III. Ethicor. Nicomach. cap. II.* Actionem humanam esse dicit, *cujus homo dominus est, i. e. quam in seipsum suâ potestate habet;* uti exponit *Antonius le Grand. Institut. Philosoph. Cartesian. Part. X. Artic. XXI. §. I. p. 1109.*

VI. Et in hoc, quod humanæ actiones esse dicuntur illæ, quæ non inconsulto intellectus judicio, cum plenario libertatis usu exercentur, maxime reliquis in homine se prodentibus contradistinguuntur motibus, quos nonnulli discriminis ergo *Actiones Hominis* vocant; Quas *Franciscus d' Abra de Raconis Summa Philosophia Part. II. Prelud. post. cap. I. Propos. IV.* illas dicit esse actiones, *quæ naturaliter & necessario, non autem liberè ab homine proficiuntur, illis, cum cæteris animantibus communis sunt.* Et hujusmodi actionum aliæ homini sunt propriæ ut *fidere, flere*

flere &c. alie ipsi cum brutis animantibus communes, ut nutri-
tio, accretio, generatio &c. Huc pertinent quoque actiones
infantium & lymphaticorum, quæ omnes rationis iudicium an-
tevertunt & propterea è cælu humanarum actionum exclu-
duntur.

VII. His persistentibus non omninò possumus sentire cum
illis, qui *Actionem humanam* definiunt per *actionem hominis à*
voluntate & intellectu ad bonum vel malum morale determinatam;
Nullæ enim illarum actionum quæ in exemplum actionum
hominis à nobis allatæ sunt arbitrio humano subjacent, tan-
tum abest ut vel ad bonitatem vel malitiam moralem à volun-
tate & intellectu determinari possint. Posito autem, illas actio-
nes improprie hominis appellari actiones, sed potius natura-
les dicimerari: per hoc tamen nondum excusatur illa definitio,
quæ idem definit per se ipsum. Difficili tamen non possumus,
humanas actiones communiter illas tantum appellari,
quæ ad bonum vel malum morale jam tàm determinatæ sunt;
Quamquam humanæ actioni per moralitatem accidentalis quæ-
dam superaddatur differentia. Humanæ enim actiones sunt a-
ctiones liberæ, quæ ab homine per rationem exercentur; Mo-
rales autem actiones præter libertatem & rationem insuper
certam qualitatem connotant. Hinc *Petrus l. c. conc. II.*
Quamvis, inquit, realiter idem sint, actum hominis esse moralem
& esse liberum, tamen sub alia ratione actus aliquis dicitur liber,
& sub alia iterum moralis. Escentis liber dicitur, ut procedat à
potentia potente ipsius ponere vel non ponere, postis omnibus per se
requisitis ad ipsius positionem; Dicitur verò moralis, ut dicit ordi-
nem vel formalem vel fundamentalem ad existimationem illam lau-
dis aut vituperii, seu ad ipsam laudem vel vituperium. Hæc
ille.

IX. Sunt verò actiones humanæ dictò modò consideratæ
in duplici differentia; Aliæ ab ipsis illis potentiis, è quibus eli-
ciuntur & in objectum prævitæ intentione liberrimè tendunt,
recipiuntur; hujusmodi sunt omnes illi actus qui ab intellectu
& voluntate procedunt eisdemque immanent. Aliæ, quæ qui-

B

dem

dem ab intellectu & voluntate procedunt, sed ab alia potentia secundum imperium rationis circa objectum exercentur; cujusmodi sunt omnes illæ actiones, quæ inferioribus in homine potentiis à supremis illis facultatibus, intellectu nempe & voluntate, imperantur & cum illis unum numero actum constituunt; ut edere, bibere, ambulare &c. Illæ ab adjuncto *internæ*; Hæ *externæ* vocantur. Atque hæ actiones utrovis modo consideratæ non sunt intellectus aut voluntatis simpliciter, quomodo inter eas & elicitas ac imperatas actiones nulla esset differentia: sed sunt intellectus & voluntatis prout intelliguntur hæ potentie agere cum respectu ad certam qualitatem moralem. Actus enim eliciti, qui eliciuntur à voluntate solâ intra se ipsam, ut velle, nolle, eligere, rejicere: ut & imperati, quales sunt, intelligere, ambulare, edere, bibere &c. id tantum quod in actionibus humanis physicum est denotant & ab hoc morali respectu præsciunt. Nos autem, quando humanas actiones internas & externas constituimus, ipsâ illâ denominatione inquirimus, non de motu tantum physico, sed de alio aliquo cum hoc conjuncto, nempe libertate, sermonem nobis esse.

IX. Scilicet in omni humana actione duo sunt, *naturale & morale*; *Naturale* est physicus ille motus quò potentie hominis rãem rationales quàm irracionales: ad aliquid peragendum non sine providò summæ & primæ Causæ concursu moveatur. Et hic motus in se, hoc est, in genere nature est indifferens, id est, moraliter neque bonus neque malus: ceteroquin enim Deus, qui eum singulis singulorum hominum concurrit actionibus, à peccati humani causa immunis censeretur vix posset. Aliàs dicitur substantia actus. Hic verò motus physicus indolem actionis moralis induit, quatenus à principio libero, ut tali, procedit; cui athen inest necessitas quædam intrinseca, seu ex juris dispositione infixæ obligatio, actionem certo modo & ad certam normam, illâ juris dispositione comprehensam, dirigendi. Illa directio ubi ab agente debito modo facta fuerit, sic ut actio ex æquissimo ad normam congruat, ea bona & honesta vocatur; ubi à norma aberratum fuerit, mala & turpis audit;

sit; ut docet *Clariss. Pufendorffius Dissertat. Academicis. Append. con-*
tra Velth. §. Quod si nocem. Hinc laudatur id quod in *Symposio*
Platonis legitur: *ἡ δὲ αἴτιος ἐστὶ τῆς ἀρετῆς ἐστὶν ἡ ἀρετὴ αἰσθητικὴ,*
ἐν ᾗ καὶ ἐν ἀρχῇ. *Ἦν δὲ οὐκ ἔστιν, ἢ αἴτιος, ἢ ἐστὶν, ἢ διακ-*
ραξ, ἢ ἐν τῇ τῆς ἀρετῆς ἀρετῆς ἀρετῆς ἀρετῆς ἀρετῆς, ἐν τῇ ἀρετῆς, ἢ ἐν
ἀρετῆς, αἰσθητικὴ ἀρετῆς, καὶ ἐν τῇ ἀρετῆς ἀρετῆς ἀρετῆς, καὶ ἐν
ἀρετῆς, καὶ ἐν τῇ ἀρετῆς ἀρετῆς ἀρετῆς. Omnis actio ita se habet: ipsa in se
 considerata neque honesta neque turpis est. Quicquid igitur factu-
 mus, v. g. bibere, aut canere, aut colloqui, non est bonum quicquam
 bonum secundum se, sed in ipsa operatio, quae quodammodo iustitia
 fuerit, talis evadet actio; igitur si bene colloquatur, bona,
 si male, sic mala. Et hoc est illud, quod in actionis humanae
 consideratione moralis vulgò appellatur. Etenim cum illae ac-
 tiones, quarum homo Dominus est, eidem non possint non impu-
 tari, illa autem imputatio non animorum inclinationes tantum,
 sed & certae regulae conformiter agentis consuetudines, quae mo-
 rum appellatione vulgò veniunt, respiciat, factum inde est, ut
 omnes actiones, tum ex agentis voluntate, tum ex juris eas aut
 approbantis aut improbantis auctoritate ratae & efficaces, mo-
 rales appellatae sint. vid. *G. Felus Dissertat. de Jure agendi mora-*
liter §. 2.

X. Quid verò sit illa humanarum actionum moralitas?
 unde sit? & quibus constitatur, nunc porro expendendum
 venit. *Moralitas*, inquit *Pavonius Summa Ethica Disputat. I.*
Quaest. I. Definit. VI. est Ens ad personam rationalem spectans, ut
ea praeferat usum rationis habet libertatem, seu ut est causa libera.
 Dicitur hic moralitas i. esse Ens. Quod si verò moralitas Ens
 est, habebit rationem boni; Quot modis enim Ens, tot modis &
 bonum dicitur; *Arist. I. Ethicor. Eudem. cap. IIX.* Itaque mo-
 ralitas erit bonum quid. Bona autem duorum sunt generum;
 Alia sunt simpliciter talia: Alia secundum quid; Haec ita di-
 cuntur propter esse tantum: Illa verò propter qualitates & o-
 perationes suas; vid. *B. DN. D. Horneju, Doctrina Moralit Lib.*
H. cap. ult. §. 1. Clariss. Durranus Institut. Moral. Part. III.
§. 11. cap. VI. §. 111. Et posteriori hoc modo considerata

bona ierum sunt duplicia; Alia enim sunt *Naturalia*, ita dicta, quod notent quasdam qualitates substantiæ perfectionem, accidentem tamen quidem non parum adaugentes, cuiusmodi sunt: pulchritudo rerum &c. Alia *Moralia*, ita dicta, quod notent quasdam morum perfectionem, quæ ex convenientiâ eorum eum sua forma æstimatur. Huiusmodi bona sunt omnes actiones secundum virtutem. Conveniunt ergo duo hæc bonorum genera in hoc, quod notant utraque qualitatem & accidens; Differunt verò præter modos infinitos alios cum primis subjectis. Naturalium enim bonorum subjectum QVOD, uti loquuntur, non bonum solum, sed & reliqua sunt animalia, & subjectum QVOD est corpus; Moralium autem bonorum totale subjectum est homo, & quidem solus, utpote qui tantum rationis usû & voluntatis libertate pollet; Partiale remotum subjectum boni moralis est ipsa anima; Proximum vero ejus actiones, quæ & inde concretivè morales appellantur.

III. Sed cum moralitatem bonitatis, quandam notare intellexerimus, non difficile est judicare, quid sibi in definitione moralitatis allegata, & velint verba; ad personam rationalem spectans. Cum enim appetitus rationalis non sit nisi boni; *Aristot.*, & *Ethicor. Nicom.* cap. 1. illud bonum quod sub actionem cadit ad rationalem personam spectet necessum est. Hoc autem triplex est: utile, jucundum & Honestum; inter quæ bona potestimum maxime honorabile & laudabile est. I. *Magnor. Moral.* cap. 11. Et consistit in operatione anime rationalis secundum virtutem; Operatio autem anime, cum ratione, aut non sine ratione (quæ alia quàm secundum virtutem esse nequit) est officium boni in se proprium. I. *Ethicor. Nicom.* cap. VII. Quare illud quod hinc ad personam rationalem spectare dicitur, sit actio secundum virtutem: hæc enim actio propriè moralis dicitur; Quamvis usus obtineat, ut actiones tam bonæ quàm malæ sine discrimine vocentur morales; illæ tamen per prius, hæc autem per posterius sic dicuntur. Bonæ quippe actiones magis sunt morales quàm malæ. Unde *Thomas* 1. 1. *Quest.* 6. *Artic.* 1. *Moralia*

Na sunt, ait, qua secundum se ad bonos mores pertinent. conf. A-
lexandri Heereboord, Exercitat. Ethic. XXIII §. XI. it. Velt hemi-
us, Introduct. ad H. Grot. de J. B. ac. P. ad Lib. I. cap. LI. §. V. Cum-
que estis, teste Alexandro in Lib. 3. Topicor. tantum de voluntatis
actione proprie dicatur, moralitatem internis actionibus atque
externis non ex æquo, sed æquivocè competere manifestum
est.

XII. Verùm præterquam quod illa *Pavonii* moralitatis de-
 finitio nimis generalis est, & hoc in ea desideramus, quod præ-
 ziamam moralitatis rationem non manifestet. Etenim non a-
 git homo moraliter, quoniam agit prout rationali persona di-
 gnum est, neque, quia præter usum rationis habet libertatem ;
 sed aliud quid liberæ actioni superveniat necessum est, quæ ei-
 dem certum moralitatis characterem imprimat. Hanc ergo
 moralitatem, seu bonitatem, ut quomodo se habeat recte perci-
 piamus, in primis notari meretur, quod & B. DN. D. *Horne-*
jus, loc. cit. §. XIII. probè observandum inculcat : *Bonum mo-*
raliter nihil dici, nisi quatenus habet ordinem aliquem ad Deum
& convenientiam cum ejus lege ; addunt nonnulli : & rectæ ratione.
 Recta verò ratio, immò & ipsa lex naturæ, in summo & perfe-
 ctissimo Bono, quod Deus est, habent fundamentum. Hinc re-
 cte, H. *Heuniges, loc. cit. Maxima, inquit, felicitas & bonitas cuius-*
que rei est reditus ad suum principium, quoniam ab hoc cuncta pro-
cessere & habent quod sunt ; Imò hoc perfectum est, quicquid est, quò
propius ad similitudinem ejus accedit à quo esse suum dependet. Et
elegantè Philo Judæus, nec amittas : Τὸ τοῦ θεοῦ πρὸς τοῦ ἀεὶ
φιλοσοφῶντος ἀδύνατον τέλος, τὸ ἀκαταδίωκτον τῆ φύσεως ἔχει πρότατον δὲ, ὅτι
ἔστι ἐν τῷ ἀγαθῷ τῆς ἀρετῆς ἐπιδοχικὸν κατ' ἄλλοθεν ὁρῶν λόγον βελτίον. Ἐ-
πίσταται δὲ. Hic aliud est apud eos, qui ætatis philosophari sunt
 (intelligit Stoicos) decantatum ultimum bonorum, contentienter
 Naturæ vera. Quod sit, cum animus sermitam virtutis ingredi-
 ens, per vestigia ducitur, rectæ rationis ambulat & sequitur De-
 um. Nihil certe toti rei potuisset dici aptius. Virum nam-
 pe rationem sequitur, hæc naturam, est Deus ; ut, ait J. *Lipius*
Maquandus, ad Philosophiam Stoicam Lib. II. Dissertat. XIII. Hoc
 itaque

itaque modò illud moraliter bonum dicendum erit, quòd divinæ essentia congruit. Quid verò divinæ essentia congruat, naturaliter non constat nisi ex lege quam Deus ter Optimus terque Maximus humano inscripsit pectori, ut singularum actionum humanarum norma sit, easdemque ita conformet ut divinæ suæ essentia congruant. Et quid naturalis ac æterna illa lex jubeat, quidve vetet, recta manifestat ratio, quæ est singulare Dei donum, quod inter infinitas animi dotes per miserimum protoplastorum nostrorum lapsum deperditas unicum maximum nobis fecit reliqui. Unde liquet, rectam rationem cum naturæ lege, quatenus illa actionum humanarum norma dicitur, rectè conjugari, quoniam id quod cum naturæ lege consentit, rectæ quoque rationi, quæ est τὸ δίκαιον ἢ ἀ-φύστερ νόμος, ut vocat Nazianzenus Orat. XV. congruit, & vice versa. Differunt tamen Lex naturæ & recta ratio, quod hæc illam objectum honestum præcipientem vel turpe vetantem præsupponit.

XIII. Verùm cum recta ratio monstret quid naturæ legi sit conforme, Lex autem hæc indicet quid essentia i. e. Sanctitati divinæ, ad cujus imaginem homo conditus est, congruat, perinde esse videtur, siue *actionem moraliter bonam dicamus illam, quæ cum recta ratione, vel, quæ cum natura lege, vel, quæ cum natura rationali, vel denique, quæ cum essentia divina congruit*: omnia enim illa in essentiam divinam ultimò resolvuntur. Essentia autem divinæ nil nisi bonum congruit, ipsa enim est summa bonitas & perfectissima sanctitas. Et Deus, integrâ libertate suâ, necessariò non potest velle nisi bonum; Quamobrem voluntati divinæ ut regulæ humana voluntas sese conformare tenetur, quoniam & idem objectum est, circa quod versatur voluntas divina & humana, nempe bonum. Voluntas enim divina est rectissima & perfectissima, habens intellectum infinitè perfectum, qui in objecto proponendo errare non potest; Quare voluntas humana, si quidem rectè operari velit, conformare se debet ad voluntatem divinam, ut ad primum exemplar & mensuram omnium voluntatum;

tum; vid. Thomas I. II. Quæst. XIX. Artic. IV. & IX. Quod tamen non ita capiendum est, quasi nos conformare teneremur divinæ voluntati secundum volita materialia, quemadmodum deliravit Occamus; vid. G. de Valentia Tom. II. Distinct. II. Quæst. XIV. P. II. Etenim, non tenemur velle quæ Deus vult, sed quæ Deus vult nos velle; inquit Durandus I. Distinct. ult. Quæst. II. Potest quippe Deus aliquid velle, quod tamen legi ab ipso nobis traditæ contrariatur & à nobis sine peccato fieri non potest. vid. Pavonius Summæ Ethicæ Disputat. II. Quæst. III. Proposit. III. §. 4.

XIV. De moralitate igitur ex his sic tenendum esset: Nostram voluntatem divinæ voluntati esse conformandam, quæ cum non sit nisi boni, nostram quoque voluntatem, si illam secuta fuerit, ejus bonitate imbui; sin minus, esse malam. Quicquid ergo voluerimus quod cum divina consenserit essentia, bonum; quod verò ab eadem dissenserit, malum erit. Sed & hæc moralitatem falsam è longinquo petunt. Propius itaque ad rem accedendum est. Actio illa quæ divinæ essentia congruit aut eidem adversatur, congruit aut adversatur illi vel per semetipsam, prout est actio, vel propter aliud quod ei conjunctum est. Prius dici vix potest, quoniam actio, prout est actio, Deo non adversatur. Ergò posterius. Hoc autem in primis est terminus seu objectum à quo ipsa specificatur actio. Illud igitur certâ qualitate morali imbutum esse oportet, à qua sit, ut actio quæ circa idem objectum versatur divinæ voluntati vel repugnet vel congruat. Hæcque qualitas objecto vel per naturam vel per arbitrium imponentis inerit. Hoc posterio dicere haud licet, nisi velimus, Deum, perinde ut Adamus brutorum speciebus nomina ut ipsi visum est imposuit, rebus bonitatis & malitiæ significationes pro suo arbitrio indidisse; Quod tamen dicere maximè frivolum est, quoniam qui hominem ad sui imaginem ratione & voluntate pollentem condidit, eundem certæ legi, cui nulla subest ratio quàm imperantis voluntas, subjectum esse velle noluit, ut ut homo Creatoris sui simpliciter voluntati deberet observantiam. Prius itaque verum est: Objectis illis qualitates istas per naturam inesse, & Deum illa, quoniam

quoniam sanctitati suæ, ad cuius imaginem homo ab ipso primitus formatus est. vel convenientia vel disconvenientia erant, non potuisse, quin hominem ad illa prosequenda, hæc autem averfanda, lege naturali coereret. Quò modò voluntas Dei naturæque lex objectorum moralitate essentiali, cuius formalis in convenientia & disconvenientia cum divina essentia consistit, natura posteriora sunt; Nihilominus tamen hæc ad illa rectè examinatur, ita ut dicere liceat; Hoc est bonum, quia naturæ legi voluntatiq;ve divinæ consentit; Et: hoc est malum, quia eisdem contrariatur; Sed non: Hoc est bonum vel malum, quia Deus sic voluit & ita lego constitutum est. Illa verò moralitatis ratio à priori, hæc autem à posteriori desumpta est.

XV. Et ex his apparet quid de origine moralitatis sentiendum sit. Mittimus igitur *Pyrrhonis & Herilli Scholas, actiones pro bonis aut malis habentes, prout ex animo motu puro & irrefraæto, aut contra cum aversatione & relaxatione prodirent; vid. Franciscus Bacon Baro de Verulamio, de Augmentis Scientiarum Lib. VII. cap. I. Et homine indignum illud Theodori qujusdam effarum Visiorum turpitudinem à stultorum imperitorum, plebecula opinione conflatum temerè asserentis; vid. Cornelius Agrippa de Invertitudine & Vanitate Scientiarum cap. LIV. A quo parum abhuc impia Hobbesii sententia, quæ ille bonitatem & malitiam humanarum actionum humano arbitrio deberi asserit; vid. ejus Leviathanis cap. VI. & XV. Quicquid enim horum vel malè sanorum vel male feriatorum est hominum, vel solo vindicari potest contemptu, tantum abest ut operosam responsionem mereatur. Taceamus quoque illos, qui moralitatem in solo hominis libero collocant arbitrio; Quamvis enim ut aliqua alkui vel in laudem tanquam præmium, vel in vituperium tanquam poenam, imputari possit actio, prærequiratur, ut liberè operatus fuerit, adeoque imputationis ratio sit quoque libertas: in illa tamen moralitas non consistit, sed potius in relatione objectorum ad essentiam divinam, & actionum ad naturæ legem, quæ est vera, interna & formalis moralitatis ratio. vid. Horneius l. c. §. XIII.*

XVI. Hic iterum monemus, nos, dem moralitatem hui

MANATUM

inordinatum actionum ex reprobatione earundem ad naturæ legem erit di-
cimus, minime id velle, illi legi nullam profus subesse rationem
sed ex mero divini Numinis beneplacito ortam esse, prout do-
cet Petrus Poiretan. *Cogitat. Rational. Lib. III. cap. X.* qui propterea
actionum humanarum bonitatem & malitiam primò ipsi Deo
deberi asserere nullus dubitat; quod in sensu supra §. XIV. à
nobis explicato verum quidem esse potest; hòc autem est falsis-
simum. Sed hoc potius fateri cogimur, Deum naturæ legem
propter bonitatem & malitiam quæ objectis actionum inest san-
ctis. Quò modò actionum humanarum bonitas & malitia non à
iussione & interdictione primariò, sed, uti manifestum est, ab obje-
ctis pendere videtur.

XVII. At, inquis; si peccatum seu mala actio est *drovsa*,
etiam bona actio erit aliquid legi seu normæ congruens. Quod
si sic, non erit bonum aut malum ante legem; unde actionum
moralitas primò derivanda sit. Aut ostendatur: dari etiam
transgressionem citra legem, aut actionem legi conformem
nullà lege posità. Sed respondemus: Aliud esse, dicere, dari
actiones legi conformes vel diffformes ante legem; Et aliud
dari actiones moraliter bonas vel malas ante legem. Prius
asserere absurditatem redolet; Posterius autem nos affirmamus
& probamus ratione petità à natura objectorum, quorum cum
alia etiam ante legem datam ita fuerint comparata, ut hominis
naturæ apprimè consentirent, homo eadem citra noxam appe-
te potuit, ac proinde actio illa, quam circa idem objectum
operatus est, boni denominationem meruit. De malo sensus
estò contrarius. Quod autem homo tale objectum citra no-
xam potuit appetere, interna utique ejus effecit bonitas, per
quam & id ipsum homo à se prosequi dignum autumavit, li-
cet expressà lege ad id nondum esset obstrictus, Homo enim
etiam ante naturæ legem positam naturæ rationali consentien-
ter vivens, aut bene agens, illud quod sui est officii fecisset,
etiamsi tum actiones ejus tam bonæ quàm malæ ex relatione ad
legem æstimandæ non fuissent.

XIX. Notanter dicimus: *Hominem etiam ante legem poss-*

Vana si bene egisset suum fecisset officium: Non enim putandum est, hu-
 manas actiones ante naturæ legem positam fuisse prorsus indif-
 ferentes, quemadmodum præter *Pomponium* hodie nonnulli ma-
 gni nominis Viri sinistrè opinantur. Exinde enim hoc seque-
 retur: Decalogum à Deo promulgatum, Legemque naturæ
 eordibus hominum esse inscriptam non quia necesse erat, sed
 quia Deo sic placuit; Quam à rei veritate alienam esse doctri-
 nam quilibet, qui sine præconceptis opinionibus rem æstimat,
 agnoscit. Quamobrem id omninò firmiter credendum est: Es-
 se quædam à Deo per naturæ legem præcepta, quædam verò
 prohibita, non quia Deo sic fuit visum, sed quod illa ra-
 tionali naturæ apta, hæc eandem minus decentia esse co-
 gnovit. Sanè veritatis bonitas & mendacii turpitudine, non
 dependet ex præceptione aut prohibitione extrinseca, sed na-
 turâ utriusque intrinsecâ. Id quod & *Aristoteles* indicaturus
 II. *Ethicor. Nic. cap. VI.* non solum affectus, cuiusmodi sunt, ma-
 levolentia, invidentia &c. Sed & actus quosdam, ut homi-
 cidium, adulterium &c. continuo suo nomine cum pravitare
 connexos esse docet. Sublatâ quippe omni lege homicidium
 nihilominus esset malum, quoniam in se involvit quandam turpi-
 tudinem, quæ rationalem creaturam nullatenus decet. Egregio
 hoc ipsum illustrat simili *Vir Clariss. DN. D. Scherzerus* *Breviarii*
Eustachiani Ethica Quæst. XLVII. Sicut, inquit, quædam corpo-
 ra naturâ suâ curva, quædam naturâ suâ recta, ita quædam ac-
 tus naturâ recti, naturâ curvi i. e. mali sunt. Et sicut se ha-
 bet regula ad curvitatem iudicandam, ita se habet lex ad alios hu-
 manos. Sublata verò omnibus regulis è mundo, linea tamen ex-
 ter recta vel curva in se, quia connatam secum habet quasi regu-
 lam, licet absque regula curvitas & rectitudo non adeo perfectè pos-
 set cognosci.

XIX. Dicis cum *Job. And. Osiandro, in Animadversioni-*
buz suis ad H. Grot. de l. B. & P. p. 60. Si daretur aliquod bonum aut
 malum morale ante legem, quomodo obligasset, quæ nam nisi à supe-
 riore proficiscitur, ibi adesse possit? Nam bonum & malum
 morale involvit respectum ad personam quæ istam actionem
 edit,

esse, cui si nulla est obligatio, neque etiam est bonum & malum.
 Sed frustra ex magni hujus Viri auctoritate impiè isti senten-
 tiæ, actionum humanarum bonitatem & malitiam ab impositio-
 ne divinâ solùm sortum trahere, affingitur species; Ipsemet
 enim Osiander l. c. p. 59. proximè præcedente, adleverat, esse
*quædam bona & mala antecedenter ad voluntatem divinam, quæ
 idè bona vel mala sunt, non quia Deus ita voluerit, sed, quia in se
 sunt bona vel mala.* Posito autem B. Virum ita sensisse, hæc tamen
 ejus ratio nos non stringeret; Illud enim: *Obligationem esse à
 superiore, & neminem obligari sibi met ipsi,* de obligatione strictè è
 sic dicta tantum valet. Obligabatur autem homo etiam ante
 legem positam ad bonum amplectendum & malum averfan-
 dum per suam naturam, cujus dignitas honesti appetitionem
 exigebat. Itaque cum *Ludovico Molina de Just. & Jure
 Tom. VI. Disputat. XLIX. §. 1.* distinguimus inter obligationem
 ex jure positivo ortam, & illam, quæ ex jure prodit naturali;
 Et dicimus: illam ex præcepto oriri & se diffundere in obje-
 ctum; Hanc autem vice versâ ex natura objecti se diffundere
 in præceptum, Hinc *Plur. Reverend. DN. D. Meyer Analys.
 Ethicor. Aristot. ad Nicom. ad Lib. V. cap. VII.* elegantissimè
 scribit: *Quia quædam secundum se bona, quædam secundum se
 mala erant, idè quædam Deus jussit, quædam vitavit, non autem
 quædam hæc vel illa à Deo sunt præcepta aut vitata, per hæc vel bo-
 na vel mala primùm fiunt. Sanè si obligationem suam jure natura
 haberet à divino mandato, tum nullum amplius discrimen esset in-
 ter præcepta divina naturalia & positiva. Est voluntas, est impe-
 rium Dei naturâ posterius jure natura, igitur non possunt esse fun-
 damentum juris natura. Id quod est causa cur jure natura sit jure,
 debet esse naturâ prius jure natura. Tale quid in objecto, circa
 quod jure natura versatur, est querendum. Scilicet ut jure natura
 habeat rationem justitiæ & debiti seu obligationem, hæc proven-
 nit ex intrinseca proportione inter objectum & actum compa-
 ratum ad rectam rationem seu naturam rationalem & socialem.*
 Jungimus his DN. *Joan. Frid. Hornii Tractat. de Subjecto juris na-
 turalis cap. VII. §. 25.* notatu digna verba: *Accidit, inquit ille, o-*
mnibus

in his rebus à jure naturali mandatis vel prohibitis, ut in objectis lateat malitia vel bonitas. Nam unanimes consensus receptum est, actiones ex præscripto juris naturalis resultantes idcirco bonitatem nanciscunt, quod circa rem bonam occupantur; contrarias autem vel eò tantum nomine contrahere pravitatem, quod circa rem malam versantur. Et nonnullis interjectis §. 28. idem ita pergit: Quoties queritur, num homicidium sit fugiendum? continuo affirmat rationalis creatura; Si queratur assertiois causa, illa dabitur, quia in se malum est. Vera utique causa, qua in objecto ponit principium obligationis. Sed non quiescet curiosus animus, ulterius instabit & rogabit, quare malum sit? Hic ipsum objectum ad normam ponendum eidemq; applicandum est, ex qua applicatione id responsum dabitur, quia ex sua natura adversatur honestati regula nobis implantata & ab hac discrepat; Si procedas ultra & inquiras, cur illud recte rationi disconveniens malum sit? Respondabitur, quia simul à lege aeternâ abhorret, cujus vis impressa est homini. Si nec dum sedent mens, & petat, cur legi aeternae contrarietur? decidendam accipiet causam; non quia voluntas aut imperium divinum prohibuerit, sed quod iustitiae & sanctitatis divina opponatur & ab eadem deviet. Hæc ille; Quibus quid dici queat elegantius, aut ad percipiendam ultimam moralitatis originem illustrius, non video. conf. Si naptus *Duferat. Eth. cap. VI. §. 5.*

XX. Dum verò humanarum actionum bonitatem & malitiam primò ab objectis pendere hæcenus affirmavimus, & non minus earundem formale in conformitate & difformitate cum naturæ lege §. XV. constituimus, diceret fortassis aliquis, harum actionum formale non in illa conformitate & difformitate cum naturæ lege, sed potius in conformitate & difformitate cum suis objectis consistere. Ad hoc autem reponimus Objecta humanarum actionum spectari posse dupliciter 1. ante legem, prout intelliguntur illa habere quandam cum rationali natura convenientiam aut disconvenientiam 2. prout illorum amplexus vel fuga peculiari lege jura nunc imperatur 3. Quæ lex cum actuum circa objecta tam bona quàm mala occupatorum proxima sit norma & regula, actionum & bonarum & maliarum

larum formale rectissime in convenientia & inconvenientia
omni naturæ lege sicum esse videtur asseri.

XXI. Verum enim verò, cum actiones tam bonæ quam
malæ pro diversitate objectorum diversæ & prorsus infinitæ
sint, singuli autem virtutum actus per naturæ legem non
imperari, neque omnes ac singuli vitiorum actus per e-
andem naturæ legem vetari videantur, naturæ illa lex omnium
humanarum actionum regula & norma esse non videtur. Di-
cimus verò; etsi lex naturæ de singulis & virtutum & vitiorum
actibus determinatè non præcipiat, nihilo tamen minus in genere
illa bonum sectari & malum averfari jubet. Quò pacto B.
Mesnerus Dissertat. de Legibus Lib. III. Quæst. VI. actus virtuo-
sos dupliciter considerari posse docet 1. in genere, quatenus
nempe boni sunt, 2. in specie, ut sunt tales; Et dicit: *Omnes a-*
ctus virtuosos quoad genus imperari per naturæ legem, non autem om-
nnes quoad speciem; scilicet specialissimam. De vitiosis actibus parili modo
formari potest judicium. Et cum omnia in universum tam virtu-
tū quam vitiorum objecta ad tria illa generalissima naturæ legis
præcepta, quæ sunt: *Honestè vivere, Neminem ledere, & Suum*
enique tribuere, reduci possint, illis posthabitis latius patentem
humanarum actionum normam acquirere frivolum prorsus
est.

XXII. De actionum humanarum objectis, à
quibus earum moralitatem primò oriri affirmavimus,
hoc adhuc monendum est; non dici illa simpliciter res, circa
quas versantur actiones, sed & simul modos qui easdem affici-
unt. Sic v. g. homicidium dicitur actio primò mala ex obje-
cto, cum tamen versetur circa rem quæ secundum esse suum est
perfectè bona. Deducendus igitur est animus in cogitationem
ejus quod huic objecto accidit, si quidem velimus hanc actio-
nem malitiam suam ab objecto indispisci; Hoc autem est ca-
edes. Sed cum publicâ autoritate hominem interficere carni-
fici impunè liceat, homicidium actio ex objecto mala non est,
quia est caedes hominis, sed quia est peremptio hominis innocen-
tis autoritate privatâ. Itaque caedes hominis innocens au-
thoritate

thoritate privata est objectum homicidii, non autem homo simpliciter. Et hoc volumus, quando actiones moralitatem suam ab objectis mutuari dicimus. Id quod nonnulli haud attendunt qui ab objectis nullam desumi posse statunt moralitatem, quia objecta revera non sint bona vel mala moraliter e. g. rē odisse Deum, dicunt esse actum malum ex objecto, nec tamen objectum huius aliter esse malum moraliter, quam potius summum bonum in omni genere in quo senseri possit. Attamen, actionis quā quis Deum odit objectum non est Deus simpliciter, sed odium Dei; Quod quia in se malum est, etiam ipsa actio de objecti sui pravitae participat. Frustra igitur actionum humanarum moralitatem ab objectis quoque pendere negatur.

XXIII. Et hæc de moralitate secundum essentiam, hoc est, extra actionem spectatā. Sequitur nunc ut ostendamus, quomodo humanas actiones eadem afficiat. Non sufficit autem ad humanarum actionum bonitatem & malitiam, ut verentur circa objecta bona & mala. Etenim licet actio bona dici non possit, nisi pro fundamento habeat objectum bonum, ab eo tamen actionis bonitas & moralitas in totum non dependet, sed præterea etiam ex parte agentis in quilibet actione tam bona quam mala considerari merentur non agens solum ejusque intentio, sed & aliæ nonnullæ ipsius actus circumstantiæ, ut vocantur, ex quibus simul sumtis illa actionum cum sua norma, quæ naturæ lex est, conformitas & difformitas æstimanda venit; Quæ si non omnia debitò modò comparata fuerint, facile fit, ut illa actio, quæ etiam objectum bonum habet, in totum fiat vitiosa.

XXIV. Hoc ut apertius appareat, illa, quæ ex parte agentis ad humanarum actionum moralitatem requiruntur, paucis jam nunc videbimus. *Aristoteles VI. Ethicor. Nicom. cap. II.* duo ad omnem moralem actionem valde necessaria indigit principia, intellectum nempe & appetitum rationalem; *Quicquid enim bonitatis aut malitiae est in humanis actionibus, non aliunde pendet, quam ex eo quod quis sciens & volens seu liberè facit;* scribit *Gassendus de Philosophia Epicuri Tom. III. Append. cap. VI.* Et hæc

hec duo principia ad omnem humanam actionem ita sunt necessaria, ut neutrum eorum ab actione morali abesse possit; Nam si alterutrum facultatis motu obfit, alio ipsa moralitasque obtinere amplius nequit: nam si desit cognitio, oritur actio involuta per ignorantiam; si appetitio aut voluntatis inclinatio absuerit, dicitur involuta per violentiam; inquit Clariss. DN. Durrhus *Ethica Paradigmatice Sect. I. cap. V. Art. 1. §. I. conf. Gnsberleshus Eth. cap. XXVI. Schol. ad §. II.*

XXV. Per intellectum verò Philosophus non præcisè intelligit illam animæ rationalis potentiam quæ illa cognoscit & intelligendo operatur, sed potius veram objecti & præcepti de eodem notitiam; Cum enim ignoti nulla sit cupido, necesse est, intellectum objecta, priusquam appetitus in illa factò feratur impetu, speculari, inque illis rationem appetitionis vel fugæ, prout eadem vel bona vel mala esse deprehenderit, ostendere. Cum verò sine præcepti notitia honesta à turpibus discernere homini post lapsum perdifficile accidat, requiritur in agente ut aliquam saltem generalem præceptorum de honesto amplectendo & turpi averfando habeat cognitionem; Quæ si non adfuerit spontè sed betiè agenti, frustra, vel, si mavis, indifferenter, sine malè agenti, non minus turpiter egisse videtur; Illi nempe, qui juris ignorantiam malefactoris suis prætendunt, ab improbitate vix possunt excusari, cum illa ignorantia superabilis sit & vincibilis, ita quidem, ut facili conatu quilibet ad hanc juris cognitionem queat ascendere. Unde illud: *Non juris sed facti excusat ignorantia.* Huc quæque notitia circumstantiarum, quas vocant, pertinet; Ut enim quis spontè agat, necesse est, ut omnes actionis circumstantias perhoscet. Quamobrem *Aristot. III. Ethicor. Nicom. cap. III. Spontanè esse dicit, cuius principium est in ipso agente singulari actionis circumstantiis sciente.* Non tamen præcisè omnium quæ actus moralitatem ut præsupposita ingrediuntur cognitione agens indiget, sed eorum tantum quæ actus moralitatem proximè constituunt. Hinc *Poncius Cursu Philosoph. Eth. Disp. III. Quæst. I. Conc. II. Ut, inquit, actus sit bonus formalitè, requiritur ut procedat ex cognitione, non tamen quæ cognoscatur actus*

actus esse liber, nec quâ cognoscatur reflexè quod cognitio directa, quâ proponitur objectum actus seu honestas, sit recta, nec consequenter quâ cognoscatur bonitas formalis actus. Nam, ut sit actus bonus formaliter, debet esse moralis, & ut sit moralis, debet esse liber & consequenter voluntarius, talis autem nequit esse absque cognitione.

XXVI. Omnium autem illorum quæ ad actus alicujus moralitatem præquiruntur quasi forma quedam est intentio; Sunt enim & objecti & circumstantiarum intellectio voluntatisque libertas actionis moralis tantum quedam prærequisita, quæ quidem actionis moralitatem, si non adfuerint, tollunt, eandem verò suâ præsentia in totum non constituunt. Sic si quis ignoranter & vi quadam eactus rem aliquam turpem designaverit, actio illa, licet turpis fuerit, eidem vix imputari potest, cum non liberè neque sciens operatus sit. Et si quis sciens, elemosynarum erogationem Deo esse acceptam, liberè pauperum succurrat penuriae, saltem ut famæ suæ velificetur, per hoc quod sciens & volens egit, non bonè, sed propter malam intentionem pessimè egisse putandus est. Unde liquet, intentionem agentis ad actionum humanarum moralitatem, saltem quâ imputationem, plurimum conferre. Hinc Philosophus monet: *Ne quis agat rectè, oportet, ut operetur sciens & eligens propter ipsa*, i. e. propter honestatem quam considerat in objecto vel actu.

II. *Ethicor. Nicom. cap. IV.* Sic si quis vitæ studeat sanctimonie, saltem ut vanam Religiosè inde caperet gloriolam, honestè quidem vivit, sed quoniam non quoad omnia præceptis honestatis se conformat, vitæperio quam laude hæc illius actio dignior est; Finis enim totius religiosæ hujus operæ non est ipsa honestas, sed inutilis gloria. Ex quibus perillustre est, ab objecti bonitate moralitatem actionis in totum non pendere: cæteroque enim omnes illæ actiones, quæ pro fundamento objectum habent bonum, bonæ censeri deberent: sed & à fine quem agens sibi habet propositum ab objecto in actionem introduci; Objecti enim bonitate suppositâ, actus bonitatem & malitiam suam præcipuè sumit à fine. Quæ etiam est ratio quamobrem demonstrationes in Ethicis potissimum à finali causa desumantur.

vid.

XXVII. At verò cum humanarum actionum moralitatem præcipuè à fine, quem agens sibi habet propositum, pendere dicimus, non intelligimus id tantum, quod ab agente intenditur & alias vocatur *intentio materialis & objectiva*, sed simul media per quæ voluntas in finem tendit, quæ alias vocatur *intentio formalis*, indigitata volumus. Etsi enim actio aliqua bono nitatur fundamento, bonâq; peragenda suscipiatur intentione, illegitimis autem perficiatur mediis, non bona sed prava censeri debet. Utpote si quis futuri etiam surripiat calceos, ut illis miserum sublevet egenum, non existimatur ille ex bonâ intentione egisse bene, quoniam medium istius finis, qui est subventio egeni, non est proportionatum, sed ejus bonitatem tollit; Etenim, non sunt facienda mala ut inde bonum eveniat, dicit Apostolus *ad Rom. 3 v. 8.*

XXIX. Actio quoq; quæ pro fundamento objectum bonum non agnoscit, ex bonâ agentis intentione bonitate non imbuetur; Supponit nempe bona intentio ejus generis objectum à quo ipsa specificatur actio; Idque si intrinsecâ bonitate desituetur, omni bonitatis fundamento & ipsa carebit actio. Adeoque ad actionis bonitatem & ipsius objecti & utriusque intentionis bonitas requiritur. Secus atque in malis actionibus, quibus nequicquam prædest bona agentis circa malum objectum occupati intentio; Potest quidem actio circa objectum bonum occupata per intentionem pravam reddi vitiosa: Nulla tamen actio circa objectum turpe occupata per intentionem bonam reddi potest bona. *Interest quidem plurimum, quâ causa, quò fine, quâ intentione quid fiat: sed ea qua constat esse peccata, nullo bono causa obtentu, nullo quasi bono fine, nullâ velut bonâ intentione facienda sunt; adinque dùm eleganter scribit Augustinus contra Mendacium cap. VII.*

XXIX. Neq; tamen hoc prætereundum est: Bonitatem & malitiam humanarum actionum per ipsam quoque intentionem, formalem quidem, non parum adaugeri. *Posito enim quod aliquis actum sit de specie sua & ratione objecti bonum, & quod etiam fiat in bonum factum; Vel è contra: posito quod sit malum & fiat actum in malum factum, quanto fortius moveatur voluntas danti ad*

*illum finem tendit, tunc est ille actus (respective) est melior et
 deterior; sunt verba Roberti Sanderfoni, de Obligat. conscientia, Præ-
 lect. II. de Bona Intentione. §. IV. Actiones igitur tam bonæ
 quam malæ gradibus inter se differunt. Aliàs certum est, quò no-
 bilius est objectum circa quod versatur actio, eò etiam bonitate
 præstantiorem esse ipsam actionem. Verùm licet actio quæ bo-
 no innititur objecto, bonæque intentione peragitur, bonæ sit,
 tamen, quò fortius voluntas ad illum finem tendit, eò magis
 & ipsa illa actio bona censenda videtur. Idem de malis actio-
 nibus esto iudicium: quæ tamen & aliis nonnullis rationibus à
 se invicem discernuntur; Aliæ enim illarum ita sunt compara-
 tæ ut non solum versentur circa objectum malum, sed & peffi-
 mæ peragantur intentione, qui gradus est malitiæ maximus;
 Aliæ autem circa objectum quidem malum sed bonâ versantur
 intentione, qui gradus malitiæ est remissior; Aliæ denique ven-
 santur quidem circa objectum bonum, sed malâ intentione, qui
 gradus est malitiæ infimus. In universum tamen quò pejus est
 objectum eò deterior ipsa existit actio.*

XXX. Ex his procul dubio elucet, quid tam in actionibus
 bonis quam malis valeat intentio, quam propterea *Præcibus loc.
 cit. conclus. VI. rationem formalem constitutum, actus boni in esse
 boni formaliter appellare non dubitavit.* Notanter autem di-
 cit: *in esse boni formaliter;* Duplicem nempe. Scholastici Docto-
 res actus boni bonitatem faciunt: Unam, quam illum dicunt
 habere ab objecto, eamque vocant *substantialem;* Alteram, quam
 illum dicunt obtinere non ab agentis intentione solum, sed &
 ab aliis nonnullis ipsius actionis accidentibus; Et hæc vocant
formalem, propterea, quod intentionis & circumstantiarum re-
 liquarum rectitudo sit quasi forma informans actionum mora-
 lium, eisdemque animam quasi largiatur.

XXXI. Diximus, superius, actiones tam bonas quam malas
 speciem suam mutuari ab objectis, & hætenus pluribus adsevera-
 vimus, actionum speciem etiam ab agentis intentione pendere;
 Non immeritò proinde quaeritur: *Quomodo & objectum & inten-
 tio ad unius actus concurrant specificationem?* Sunt enim in ali-
 quibus actibus duo actus, *interior,* qui voluntatis est, & *exterior,*
 qui

qui potentia volens in seipso parere sibi non potest. Voluntas autem, ut ex ante dictis constat, moralitatem suam manifestat à fine; Exterior vero actus non nisi ab objecto. Ergone integer aliquis actus duas specie distinctas moralitates obtinebit propter hæc principia specie distincta, idque eo magis, quando objectum exterioris actus per accidens ad finem voluntatis ordinatur? Ad hoc ingeniosissime respondet Savonarola Epit. Eth. Lib. II. §. 27. *Quia finis est objectum voluntatis, quæ omnes alia potentiam movet, idcirco est actus exteriores speciem à proprio objecto habeant: tamen formaliter speciem à fine, materialiter autem à proprio objecto habent. Idem quod est ex parte voluntatis se habet ut formale ad id quod ex parte exterioris actus est. Verum quando objectum exterioris actus per accidens ad finem voluntatis ordinatur; tunc actus exterior in duabus speciebus quasi disparatis existit, quarum una non continetur sub alia, id est, in illa, quæ ex proprio objecto, & in hac, quæ ex fine obtinet. Quando vero per se ad finem voluntatis ordinatur, tunc una sub alia continetur, scilicet, quæ est ex objecto, sub illa, quæ est ex fine. Nam finis magis generalis est.* Hæc ille.

XXXII. Aliquoties etiam hætenus fecimus mentionem circumstantiarum, quarum cognitio non solum ad spondendum, sed & observantia ad recte agendum multum conducit. Quid igitur per illas moralium actionum circumstantias significari velimus, quæque illæ sint, pauca nunc monemus. Thomas circumstantiarum nomen ex illis quæ inveniuntur in loco & quantitate corporalibus ad actus morales tractatum esse asserit, II. Quæst. VII. Artic. I. Quemadmodum enim illæ quæ rei in loco possunt accidere, ita & illæ, quæ actioni jam tum in esse constituta accidunt ejus non inconvenienter appellari videntur circumstantiæ. Durandum autem in IV. Sentent. Distinct. XVI. Quæst. III. per circumstantias actuum intelligit omne id quod non pertinet ad substantiam actus prout est in specie nature. Quò pacto omne illud quod motui alicui physico extrinsecus accedit v. g. cognitio, deliberatio, objectum, intentio, circumstantiarum nomine insigniendum esset. Verùm quemadmodum ex superioribus liquet & ex mox dicen-

his consistit, cognitio, deliberatio, obiectum, intentio, non sunt nuda actus moralis accidentia, sed eundem intrinsecè constituunt, ita quidem, ut si ab actu aliquo abscendant actus ille moraliter neque bonus neque malus censi possit. Invaluit tamen opinio, illa, quæ ad substantiam actus moralis non pertinent, circumstantiarum nomine esse appellanda.

XXXIII. Harum circumstantiarum *Piccolominus Grad. Ethic. II. cap. XII.* decem refert species: *Agens, quod agitur, in quod agens agit, quò instrumentò, quomodo, cuius finis gratia, quando, ubi, coram quo, quamdiu.* Quarum circumstantiarum differentiarum ultimæ duæ videntur abundare; Penultima enim ad antepæukinam commodè potest reduci; Ultima autem nihil aliud dicere videtur quam actus iterationem. Cum vero numerus non sit actionum circumstantia, sed ipsa plures actiones ac actionum substantia, definiente supremo Scholasticorum Doctore *Thomà, 1. II. Quæst. VII. Artic. IV.* & illa cum secundæ circumstantiarum differentia coincidit. Quare octo solum remanent circumstantiarum harum species, quæ in vulgus noto includuntur versiculò:

QUIS, QUID, UBI, QUIBUS AUXILIIS, CUR, QUOMODO, QUANDO?

Aristoteles autem, loci & temporis circumstantiis posthabitis, sex reliquas tanquam præcipuas recenset *III. Ethicor. Nicomach. cap. II.* quarum rationem reddidit *Clariss. Durrius* instituit, *Ethicar. Part. III. Sect. I. cap. VII. §. XIII. conf. Cameronium* Explicat. *Ethicor. Aristot. ad Nicom. ad lib. III. cap. I.*

XXXIV. Sed ut quod res est dicamus, actus moralis circumstantiæ propriè dictæ ex memoratis si quæ sunt, aliæ nullæ sunt quàm loci & temporis circumstantiæ; Hæ enim non semper ut recensitæ reliquæ ipsam actus moralis substantiam ingrediuntur, sed sunt quedam accidentia quæ nonnunquam in actionibus merentur observari. Approbè tamen ad morales actiones dicuntur concurrere, quoniam earum bonitatem & malitiam insigniter nonnunquam augent, imò interdum quoque speciem mutant: Sic furtum rei ad tempus publicæ pertinentis, quod tamen non simplex futurum sed peculatus est;

est;

est, commissum in loco Republicæ rebus factò, graviori pœna plectendum est. Hoc autem casu has circumstantias propriam rationem amittere & objecti naturam induere, docet *Anton. le Grand. Institut. Philosoph. Cartes. Part. X. Artic. XXI. §. XL*

XXXV. Verùm *Pavonius Summa Ethicæ Dissertat. I. Quest. V. Proposit. I.* nihilominus supra recensitas actus humani rationes essentielles constitutivas ejus circumstantias & rationes accidentales rectè dici pethibet; *Sciendum est*, inquit ille, *circumstantias posse comparari, vel cum actu interno voluntatis, vel cum actione exteriori, que est objectum actus interni.* Respectu actionis exterioris circumstantia habent simpliciter rationem circumstantiarum, quia se habent ut accidentia illius; Respectu autem actus interni habent duplicem rationem, nempe cum objecti, quia sunt per illum actum volita, & integrant eum actione unum completum objectum illius actus; Tum circumstantiarum seu accidentium, si comparentur cum ea ratione seu specificatione actus interni, qua sumitur ex actione exteriori. Quale enim est objectum, talis est actus qui ab eo specificatur; At in toto objecto actus interni, quod est congregatum ex actione & circumstantiis, actio se habet ut substantia, circumstantiæ ut accidentia. Ergo illa specificationes actus interni, qua sumuntur ex circumstantiis, habent se ut circumstantia & accidentia respectu specificationis que sumitur ex actione. At verò exteriores actiones ab interioribus tam temerè divellendæ non sunt, unam enim hæ cum illis simul sumptæ constituunt actionem, Quamvis igitur exterioris actionis, quatenus illa nudum motum physicum denotat, circumstantiæ, quæ appellantur, accidentia quædam sint, quomodo & ipsa moralitas à *Durando loc. cit.* humanorum motuum accidens rectè appellatur; Prout tamen illa in genere morum consideratur, & quatenus unà cum interna actione unum specie actum constituit, hæ circumstantiæ de essentia illius actionis, & non nuda ejus accidentia esse dicendæ sunt. Moralitas quidem internis actionibus primariò competit, de eadem tamen non minus & ipsæ externæ actiones participiant, quoniam cum internis unum numero actum constituunt. Falsum deinde est, actio-

nes externas unâ cum circumstantiis moralibus internarum actionum esse objectum, internasque actiones ab externis specificari; Etenim actiones externæ ad internarum actionum objectum referri neutiquam possunt: quoniam contradictorium est, aliquid esse actum & simul objectum illius actus. Neque etiam, quod videtur subinui, omnes illæ sic dictæ circumstantiæ ad objectum pertinent, sed plurimæ concernunt ipsam actionem. Quâ ergo fronte *Pavonis* externas actiones unâ cum circumstantiis moralibus internarum actionum esse objectum, quid? & internas actiones ab externis specificari asserere ausus est? Sunt, ut ante diximus, interna & externa actio una numero actio; Externa est quasi materia, quæ ab interna tanquam formâ movetur ad certum aliquem terminum: ad quem cum ambæ simul ferantur, & determinans & determinata, duæ, ut sic loquar, unius actionis partes; integram quandam actionem constituunt, quæ speciem suam fundamentaliter ab objecto, formaliter à se ipsa i. e. ab intentione agentis obtinet. Ratio igitur quam *Pavonis* pro stabiliendo suo dogmate, quod circumstantiæ etiam interni actus sint accidentia, prorsus nulla est. Evicimus quippe, externas actiones internarum objecta dici non posse, immò nec omnes circumstantias ad objectum pertinere. Et positò, sed non concessò, externas actiones præ cum circumstantiis internarum actionum objectum constituere, propterea tamen nondum licet ab objecto ad ipsam concludere actum, ita ut id, quod objecto accidit, ipsi quoque actui accidere inferre possit e. g. Sit intentio verberationis hominis deliberatò animò accidens; Tunc autem inde auderes colligere: ergò intentio quoque est accidens respectu internæ actionis; Minimè: est enim ipsamet interni actus substantia. Nos itaque pro nostra sententiâ, circumstantias actuum moralium vulgò ita dictas non esse accidentia sed substantiam eorundem ingredi argumentamur hunc in modum: Quicquid pertinet ad substantiam actus moralis, illud non est ejus accidens. Sed circumstantiæ, vulgò ita dictæ, actus moralis, quæ sunt intentio, objectum &c. pertinent ad substantiam actus moralis. E. non sunt ejus accidentia. Major

for per se facta manifesta est nec probatione indiget. Minoris autem probationem superius dicta plus satis confirmare poterant.

XXXVI. Redimus ad nostras loci & temporis circumstantias, illarumque rectitudinem ad actionem moraliter bonam, si quando opus est; omnino requiri adleveramus, idque quia illæ, tanquam ad actionum moralitatem pariter necessariæ, naturæ præcepto indicari videntur. Etenim & ipsæ circumstantiæ, quæ ita vulgò appellantur, actionum moraliter bonarum implicite lex continet; ita ut legi omnino conformis actio confectur, in quâ debita & necessaria concurrant circumstantiæ: verba sunt VVendelini Philosoph. Moral. Lib. I. cap. III. Quest. VI. Videlicet, *Lex natura & divina non tantum præscribit quid fieri oporteat, sed etiam quâ fini, & quando, ubi &c.* inquit B. Horneius Civ. vil. Doctr. Lib. II. cap. VII. §. XV. Unde potest intelligi, quod hæ circumstantiæ ad actionum moralitatem nonnunquam perquam sint necessariæ; Necesse enim non est, ut omni ad finem actioni; Aliquæ enim sunt actiones, utor verbis Ponci Curs. Phil. Esb. Disputat. III. Quest. II. ad quarum bonitatem parum refert quando eliciuntur, an scilicet de die vel de nocte, ut actus potestatem interni. Hinc non licet dicere: Hic actus caret aliquâ circumstantiâ, ergo est malus; sed insuper requiritur, ut talis circumstantiâ illi actui in esse debeat. vid. Tatarctus in II. Sentent. Scoti. Distinct. XLII.

XXXVII. Attamen hæ circumstantiæ magis ad actionis moralis complementum quàm ad moralitatis imputationem faciunt. Non enim imputatur agenti alicui objecti circa quod versatur moralitas ideò, quod certo tempore locoque conveniente actionem aliquam exercuerit, sed potius quia liberè eam intendit, probè sciens illam legi à Deo positæ vel consentire vel adversari. Actio ergo moralitatem suam nanciscitur ab objecti moralitatis imputatione; Quæ geminam habet rationem: unam eamque proximam, nempe legem, per quam ad objecta quædam vel averfanda vel amplectenda obstringimur; alteram eamque remotam, voluntatis indifferentiam cum intentione recte vel scus agendi. Nam si voluntas nostra ad unum, v. g. mali-

inallidam, perpetuò esset determinata, ita quidem ut non pòsset se ab illo avertere & diversum intendere, ineptus esset Deus qui aliud à nobis peteret, & injustus qui aliud nobis imperaret. Verum si nulla esset lex, nulla quoque humanarum actionum vel in præmium vel in poenam esset imputatio, positò etiam hominem esse agens liberum.

XXXIX. Notat ergò *Actio moralis* aggregatum quiddam ex libertate indifferentiæ, objecto & obligatione quam imputatio sequitur; Quæ verò efferuntur per conformitatem & difformitatem cum naturæ lege vel rectâ ratione. Hinc eleganter *Petrus Poulalionus Disputat. Philosoph. IV. Assert. XV. Bonitatis*, inquit, & malitia natura est proportio & conformitas quedam mensura inter ipsam actionem & objectum ac finem suum secundum vel contra rationis regulam: Ex quo objectum ipsum per se bonum vel malum redditur, solum quâ causa modum obtinet; Actio verò vel objectum simul cum actione acceptum formaliter in essendo, ut loquuntur, atq; absolute ut Ensejmodi.

XXXIX. Quoniam verò ut actioni alicui objecti sui imputari possit moralitas omninò requiritur, ut agentis illa actio sit spontanea, actiones morales oportet non esse uniusmodi; Quædam enim ex prævia scientia & plenâ ac deliberatâ sunt intentione, quæ uno verbo dicuntur: *proæreticæ*; Et hæ sunt plenæ ac perfectæ morales. Quædam verò repentino aliquo motu & affectuum impetu, vel ex ebrietate, nullâ antegressâ deliberatione, committuntur: Et hæ imperfectæ ac semiplenæ morales sunt. Quæ tamen semiplena moralitas adhuc suos habet gradus; Etenim quò magis vel minus actiones sunt spontaneæ, eò magis vel minus sunt morales eoque magis vel minus imputari possunt, sive in laudem & præmium, si sint bonæ, sive in vituperium & poenam, si sint malæ. Quædam tandem actiones cum nulla parte sint spontaneæ, neque bonæ neque malæ, adeoque neque in laudem neque in vituperium imputativæ esse possunt. Et hæ sunt illæ quæ alias vocantur indifferentes; De quarum formali ratione nunc videndum est.

XL. *Indifferens* cum Scheiblero Lib. I. *Metaphysicor. cap. XXII. Quæst. II.* appellamus *medium inter bonum & malum*; Et indifferentem

rentem actionem inter bonum & malum medium esse voluimus, i. e. talem quæ in se neque bona neque mala sit. *Ille enim quæ inter virtutem & vitia sunt media, indifferentia esse, docet Erillus, Carthaginensis Philosophus apud Diogenem Lærtium, de Vit. Dogmat. & Apophthegmat. Claror. Philosoph. Lib. VII. conf. Apulejus de Philosophia Platonis Lib. II. ita quidem, ut quemadmodum à vitio recedunt, ita ad bonum non pertinent. Hæ actiones nonnullis permissæ, aliis rectius neutra dicuntur; Etenim non omnes actiones permissæ statim sunt moraliter neutre, quoniam potest esse aliquid permissam, quod tamen sit moraliter malum, v. g. cum necessitas & ratio belli nonnullæ excusat ac permittit, quæ tamen in se spectata moraliter mala sunt.*

XLII. An autem dentur tales actiones, quæ in se & sua natura consideratæ sint indifferentes, non heri aut nudius tertius demum cepit controversari. *Johannes Ursus jam olim à Constantiensis damnatus est Concilio, quod inter alia perhibuerit: Nulla esse opera indifferentia, sed hanc esse divisionem immediatam humanorum operum, quod sint vel virtuosæ vel vitiosæ. vid. Caranza Summa Constant. Concilii Sess. XV. Error. I. H. Artic. 16. Et quem fugit, quæ inter se bella jam aliquot retro seculis gesserint duo illi Scholasticarum subtilitatum Architecti Thomas & Scotus? quorum uterque quidem dari actus secundum objectum indifferentes, quos vocant secundum speciem, agnovit, ille autem huic actus indifferentes deliberatos, quos vocant indifferentes secundum individuum, concedere noluit. Horum utriusque mentem ut rectè percipiamus eisdem paululum committamus.*

XLIII. Thomas 1. II. Quæst. XIX. Artic. 9. actus humani indifferentiam in objecto querendam esse docet, non autem in ipsa actionis forma, quæ pendet ab agentis intentione & singularibus nonnullis circumstantiis. Dicit enim actum vult indifferentem, qui versatur indeliberatè circa tale fundamentum vel objectum in quo per se nulla inest vel adverti possit

possit bonitas & malitia; Non vult autem actum esse indifferen-
 tem, qui circa objectum, licet permissum, deliberatò sus-
 cipitur animo. Quicquid enim hóc modò agimus vel recta
 rationi ejusdus fundamento congruit, tunde actus resultat bo-
 nitas, vel ab eadem discrepat, hinc actus profuit pravitas &
 malitia. Quam in rem *Agostinus de peccat. mort. & remis.*
Lib. II. cap. XIII. Mirum est, ait, si voluntas possit in medio quo-
 dam consistere, ut nec bona sit nec mala; Aut enim justum dili-
 gimus, & bona est; aut justum non diligimus, & mala est. Quis
 autem dubitet dicere, voluntatem non diligentem justitiam non
 modò esse malam, sed pessimam voluntatem. Hæc ut & men-
 tem Magistri sui *Thoma* uberiorus declarat *Savonarola Lib. II. E-*
thica §. 29. quando ait: Actus humani speciem ab objecto relata
 ad ordinem rationis habens; Si enim sunt secundum ordinem ra-
 tionis, boni; si autem sunt contra ordinem rationis, mali secundum
 speciem existunt. Contingit autem, aliquem actum humanum se-
 cundum suam speciem non aliquid ad ordinem rationis pertinens
 includere, ut festum de terra levare. Quia etiam aliquid in-
 dividuum secundum accidentia, quod nequaquam speciem, convenit,
 imò aliquem actum secundum speciem, non tamen secundum indi-
 viduum indifferentem esse contingit. Necesse est enim, quemlibet
 actum humanum aliquam circumstantiam ad minus ex parte in-
 sentientiæ habere: Quia quilibet actus humanus ad aliquem finem
 ordinatus est, alioquin actus humanus non foret. Si ergo ad finem
 qui est secundum ordinem rationis ordinatus fuerit, bonus; sin
 autem ad finem qui ordini rationis contrarius, sic malus futurus est.
 Atq; hoc modo semper bonus vel malus existit. Hæc ille,

XLIII. Regerit Scotus II. Sentent. Distinct. XII, Quod,
 si dantur actus secundum speciem suam indifferentes, necesse
 sit & tales dari secundum individuum. Id quod Thomistæ. com-
 muniter per fallaciam æquivocationis, quam in terminis hæc
 committeri opinantur, explodunt. Attamen mens Scoti non
 est, dicere: Dari actus secundum individuum indifferentes
 quoniam dantur tales secundum speciem, idè, quod nulla
 exist.

existat species nisi in individuis, quemadmodum illi interpre-
 tantur; Sed quando actus indifferentes secundum individuum
 tales dari autumat, quoniam quidam sint secundum speciem
 tales, hoc vult: Si datur actio quæ secundum objectum suum
 est indifferens, necesse est eandem quoque secundum circum-
 stantias suas esse indifferentem. Actio nempe illa quæ pro ob-
 jecto rem habet indifferentem, de quâ in præcepto nihil ex-
 professo traditum est, planè nequit censi indifferens,
 nisi & circumstantiæ ejus, quas vocant, sint indifferentes; Hinc
 actus à nobis sine præcepto profectos ad aliquam naturæ com-
 moditatem, ut fricare manus, ejicere sputum, ambulare, cur-
 rere &c. si non per intentionem agentis excessus accedat
 vitiosus aut circumstantia incongrua, pro indifferentibus de-
 mum habendos esse existimat. Et hoc pariter videntur velle
 qui peculiarem actionum humanarum speciem actiones indis-
 ferentes constituunt. Verùm quemadmodum §. præced. mo-
 nuimus, si actio suscipiatur per intentionem, esse nequit, quin
 vel bona vel mala sit. Ex quo tamen hoc non sequitur: in-
 ter bonum & malum morale non dari medium; Etenim, ut
 observavit Vir Doctissimus *Jacobus Fournenc Universe Philo-
 soph. Synops. Tomo, II. cap. X. de causis virtutum §. 5. Object. 3. In-
 ter bonum & malum morale non datur quidem medium in actio-
 nibus deliberatis actus, hic & nunc elicitis, quia illis, saltim ex
 intentione operantis debetur relictio rationis, quâ si careant, male,
 si polleant, bona sunt. Datur verò respectu quarundam actionum
 in specie, quibus hæc relictio non debetur, neq; ex intentione o-
 perantis, quia ab hæc præscinduntur, neq; ex objecto. Id quod
 inuilem *Guillelmi Chabroni Philosoph. Tomo, III. Tractat. Moral.
 Disputat. II. Sect. XI. Conclus. I. de actuum humanorum secun-
 dum individuum indifferentia curiositatem omnimodè con-
 futat.**

XLIV. Et si verò hæc de actuum humanorum secun-
 dum individuum indifferetia sententia omni prorsus destituatur
 fundamento, per hoc, quod intentio agentis fertur vel in bo-
 num vel in malum, unde actio vel bona vel mala existit. Ni-

hilo tamen minus Poncius l. c. *Disputat. IV. Quest. I. concl. 111.* eidem speciem quandam recti affingere annitur, ita scribens; *Uti quis operetur bene, debet non solum videre esse aliquam bonitatem ex objecto aut circumstantiis in actione aut objecto ejus sed etiam eam intendere directe* — *Et ut male agat, debet videre aliquam malitiam ex objecto aut circumstantiis aliqua; Et si non videat bonitatem ac intendat eam actum non erit bonus: Similiter si non videat malitiam, non erit malus: Sed patet quis hic & nunc operari, quin videat malitiam esse in actu, aut etiam quin videat bonitatem, aut si eam videat, quin eam intendat.* Ergo operatio tum erit indifferens in individuo, hoc est, nec bona nec mala bonitate aut malitia moralis. Verum præterquam quod Poncius hic à Magistri sui sententiâ, quam alias *quæst. 104* sequitur, non nihil deflectit, dum actus indifferentes etiam circa objecta certâ qualitate moralis affecta occupari asserit, in hoc quoque gravissime labitur, quod illum qui circa rem malam, quam quidem novit esse malam, ejus tamen malitiam non intendit, occupatus est, indifferenter agere putat. Quemadmodum enim ex *§. XLIX.* constat, actio illa quæ pro fundamento habet objectum malum, licet bono suscipiatur animo, omnino mala est, quoniam fundamenti malitia per bonam intentionem neutiquam tollitur. Et si ab aliqua actione absit agentis intentio, quomodo quæso illa secundum individuum dici potest indifferens; Non Entis enim nullæ sunt affectiones. Deinde non video, quomodo quis ex proposito agere possit, quin agat propter finem. Quod si sic: quomodo ergo hoc pacto actio aliqua in individuo indifferens esse poterit. De actionibus infauctum quidem hæc ratio verificari posse videtur, sed cum illæ quæ tales extra genus moralium actionum sint, juxta *§. VI.* frustra quis ad illas in probando hoc dogmate confugerit.

XLV. Frustra ergo Scotus & ejus affectæ indifferentiam actus in eius quærunt circumstantiis. Sed nec satis commodè illa ab objectorum natura peti videtur. Nam si actus humani indifferens ab objecti qualitate derivanda est, etiam objectum illud in se indifferens esse oportet. Bonarum autem actionum
obje-

objecta includunt aliquid rectæ rationi conveniens; **Mala** vero actionum objecta aliquid rectæ rationi repugnans continent. Quare si aliqua datur actio indifferens secundum objectum, quam Scholastici vocant *secundum speciem*, necesse est, illud neque rectæ rationi conveniens, neque etiam eidem repugnans quid includere, ceteroquin enim actio circa illud non indifferens, sed vel bona vel mala erit. Hujusmodi autem objecta quæ non importent aliquid ad rectam rationem pertinens vulgò habere dicunt has actiones, v. g. ire ambulatum, tollere de terra festucam &c. quæ actiones ita sunt comparatæ: ut in se quidem indifferentes, ad moralitatem tamen suscipiendam perquam aptæ sint, vid. *Burnathus Lib. I. Ethicæ cap. XVI.* Veruntamen hæ locutiones: ire ambulatum, tollere de terra festucam &c. sunt quidem ex earum numero quæ potissimum motus physici significativæ sunt & à moralitate abstrahunt, objecta tamen illarum omni prorsus moralitate neutiquam destituuntur; Et si enim occidere, concumbere &c. quò pertinent, ire ambulatum, tollere de terra festucam &c. ad bonum & ad malum sunt indifferentia, quoniam motum tantum physicum significant, qui & ad id quod rectæ rationi congruit & quod eidem adversatur determinari potest; tamen non statim, concumbere, occidere, ire ambulatum, tollere de terra festucam &c. ut actus, dicuntur esse res indifferentes, quoniam semper cum moralitate quadam sunt conjuncta, licet etiam citra moralitatem illam queant intelligi. Quamobrem ex his veluti rebus indifferentibus indifferens actio æstimari prorsus nequit.

XLVI. Nos ergò actiones indifferentes illas esse dicimus, quæ actionum moralium formâ, quæ in intentione & hanc insequente imputatione consistit, destituuntur: non attendentes, quid vulgò de objecti permissione garriant. Potest enim actio esse indifferens sive illa bonum sive malum habeat objectum, uti ex sequentibus patebit.

XLVII. Competit autem illa indifferentia actibus non solum externis sed etiam internis. Illis quidem, non propter

indifferentiam Interni actus, quemadmodum exterarum actionum dicuntur morales propter moralitatem actionum internarum. sed propter indeliberationem, quam non - imputatio; in qua actus indifferentis forma consistit, sequitur. Sic si quis cogitationibus inherens scalpit caput, aut unguens rodât, aliasque his simillimas edat actiones, non dicitur indifferenter egisse propter indifferentiam intentionis, quæ hic nulla est, neque propter indifferentiam objecti, quoniam sine causa scilicet caput unguensque rodere aliquid humanæ naturæ indecorum important, sed propter indeliberationem, propter quam etiam illarum actionum agenti non imputantur. Hinc istæ actiones, quæ pro fundamento rem indifferentem habere dicuntur ideoque permissæ appellantur & pro indifferentibus habentur, cujusmodi sunt, ejicere sputum, ambulare, currere, festucam de terra levare &c. si quidem deliberatæ sint, propriè indifferentes non sunt; Quoniam actiones ad naturæ commoditatem & proximi curam spectantes deliberatè susceptæ sunt bonæ, & cum legè atque rectæ ratione consentiunt, quæ naturæ conservationem & tam sui quam proximi amorem præcipit. Eadem quoque deliberatè vel cum proeresi intermissæ cum naturæ & proximi detrimento, nullo alio majori malo urgente sunt malæ & legi rectæque rationi contrariæ. vid. *Vendelinus Philosoph. Moral. Lib. I. cap. III. Quest. VII.* Et si enim in illis objectis, quæ vulgò permissorum nomine veniunt, bonitas & malitia tam apertæ non sint, ut, quemadmodum in aliis rebus, statim primò obtutu queant adverti, non minus tamen & circa has qui deliberatè versatur peccare potest; ut ut, si circa ejusmodi res deficiamus, ob levitatem materiæ illud à Deo nobis non magno vertatur vitio; Id quod illis, qui actiones etiam deliberatas circa hujusmodi res indifferentes permissas proclamant imponere videtur.

XLIX. Internis actionibus pariter propter indeliberationem competit indifferentia seu non-imputatio. Sunt autem illarum motus subitanei, qui ad præsentiam rei alicujus subitò obiectæ, aut ex alteratione corporis, aut ex imaginatione repentina excitati, inordinatè & non conformiter legi divinæ insurgunt.

ante

ante rationis advertentiam & voluntatis consentium. Qui *motus* Scholasticis Doctoribus dicuntur *primò primi*, ad differentiam illorum motuum, qui quidem proæresin seu deliberationem anteverunt, in potestate tamen nostra sunt, ita quidem, ut, si velimus, præpedire queamus, ne in animo nostro exsurgant. Et hi dicuntur illis *motus secundo primi*, qui propterea quod in nostra potestate sunt, à moralitate profus immunes esse censerì nequeunt. Secus quàm illi quos primò primos vocant motus, qui propter indeliberationem & rationis inadvertentiam profus indifferentes, i. e. neque in præmium neque in poenam sunt imputabiles. Sic cogitatio rei turpis, delubito in animo nostro oborta, præter intentionem & deliberationem, omninò indifferens est, cum non deliberatè talis motus in animò nostro prodierit.

XLIX. Ex dictis plus satis liquet, quòmodo actiones indifferentes non solàm inter se, sed & à moralibus differant actionibus. Etenim illæ actiones quæ pro objecto habent rem, uti vulgò appellant, indifferentem, magis sunt indifferentes atque illæ quæ pro objecto vel bonum vel malàm habent. Et illæ quæ pro objecto rem habent bonam magis sunt indifferentes atque illæ quæ habent rem malam. Unde & inter indifferentes actus esse gradus quilibet animò advertere potest. Fateor tamen hanc actuum indifferentium differentiam magis intelligi posse, quàm explicari; Nam si ipsam indifferentium actionum formam, à qua earum pendet denominatio, consideremus, nihil ferè differre videntur.

L. Cum moralibus autem actibus indifferentes actiones conveniunt in genere actus; Differunt verò (1) *objectis*; Actionum enim moraliter bonarum objectum per se bonum est; Malarum verò actionum objecta tam bona quàm mala esse possunt. At verò indifferentes actiones tam circa res indifferentes, quas vocant, quàm bonas & malas versantur. (2) etiam *formâ* differunt; Morales enim actiones formam suam sortiuntur ab intentione agentis & moralitatis objecti imputatione: indifferentes vgrò ab intentionis illius atque imputationis absentia.

LI. Ea

LI. Et hæc sunt, quæ de æctum Humanorum Morali-
tate & Indifferentia in præfenti differere erat institutum.
Quod si verò quâ in parte defecerimus, Benivolum Lectorem
per omnia Mularum Sacra obtestamur, ut errantes corrigere &
in viam reducere velit. Quod superest supremum Numen
animicus precamur: ut Studiis nostris porro clementer
annuere, largioresq; profectus, in sui gloriam & literati
Orbis emolumentum, impertiri
velit!

F I N I S.

